Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26682
Copyright: Admont, Benediktinerstift

filius etiam et spiritus sanctus Et tamen non
tres etiam sed unus etiam Sicut non
tres increati nec tres immensi sed unus increatus et unus immensus
Similiter omnipotens pater omnipotens filius
omnipotens et spiritus sanctus omnipotens sed tamen
non tres omnipotentes sed unus
omnipotens Ita deus pater deus filius
deus et spiritus sanctus deus Et tamen non tres
dii sed unus deus Ita dominus
pater dominus filius dominus et spiritus
sanctus dominus Et tamen non tres domini
sed unus dominus Quia sicut
singillatim unamquamque personam
deum aut dominum esse christiana
veritate compellimur Ita tres
deos aut dominos dicere catholica
religione prohibemur
Pater a nullo est factus nec creatus
nec genitus Filius a patre solo est
non factus nec creatus sed genitus
Spiritus sanctus a patre et filio